quovis modo vel collore prepedire sub vadio sitis summe Mi-
lle Ducen et quinquaginta florenorum pecunie, Porro etiam
inscribit et obligat, se et suos successores super omnibus bonis
suis presentem inscriptionem castrensem premisliensem ex his actis castrensibus
ad acta terrestria premisliensia ad primos vel secundos terminos
terrestres premisliensis sub hac vel meliori verborum forma sub
fide et speciali vadio Mille Ducen et quinquaginta flo-
renorum pecunie, pro quibus quidem vadio et vadiis sic
ipse Albertus Herborth vel ipsius successores eadem stamino
a Oporow vel eius successoribus ad iudicium terrestre vel ca-
strensem premisliensem citare permiserit vel successores permi-
serint, Exemplum recedendi a terrestribus iuribus Pallatinalibus
quibusvis proprijs foroque competenti in primo
citationis termino tanquam peremptorio stare parere rendere ac pro
vadio a iudicio ad quod citabitur non recedendi satisfacere tenebitur
decretumque pati cum suis successoribus. Terminum ipsum primum
peremptorium et alios subsequentes. Nulla re exquisita nec colo-
re excogitato neque iudicio neque extra iudicium vera vel sim-
plici infirmitatibus actione pro maiori litteris regalibus bello
expeditione bellica in cursu hostium aura pestifera litteris
restitutionis evocatione de terra et dictu absentia a regno
servitio Rei publice et sacre Matris Regie conventione Cuiu-
li vel particulari statutis novis vel veteribus laudatis
et laudandis et alijs quibusvis legalibus impedimentis non
differendis nec prolongandis atque se excipiendis evasionibus prescri-
ptionibus prolongationibus et alijs quibusvis quot quot sunt
dilationibus de iure dari solitis non utendo. Pena trium
Marcarum et triplici pena hoc idem vadium et vadia
non evadendi, motionibus appellationibus per ad citationes
prosequutionibus se et suos successores abrenuntiando. Ita
tamen quod quicquid obmisit specialiter hoc totum concludi
dicit et concludit generalitas. Et econtra quatenus nihil sibi
in auxilium contra presentem inscriptionem eiusque defectum cum
suis successoribus recipere dicit, Quidquid autem in auxilium sibi
receperit et receperint eo toto causam suam perdere et ami-
tere dicit et dicunt vigore solutionis prefati vadij quo soluto
utique inscriptionem presentem omnibusque in ea contentis tam in toto quam in
parte ipse Albertus Herborth satisfacere tenebitur cum
suis successoribus totiens quotiens opus fuerit. Nullam hoc
prescriptionem obstantibus. Transsumere et transportare

Herburtowa qetat Herborth

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus Generosa Zophia de Przewodow
relicta sectarum nuptiarum Magnifici Joannis Herborth de Phulstin
Castelli Belzen recedendi a terrestribus iuribus Pallatinalibus et
iuribus suis quibusvis proprijs foroque competenti et se cum
bonis et successoribus suis presentis iuris dicioni in toto incorporando
palam libere presentem ingenue per fassa est. Omnia a Generosis
Alberto et Joanne Herborth filijs et successoribus legittimis
Generosi olim Joannis Herborth Castelli Belzen est totaliter et plena-
rie satisfactum sufficienti solutione pro rebus Mobilibus
omnibus tum et de rebus Mobilibus et de summis pecuniarijs
quibusvis ratione cuius satisfactionis ipsa Zophia de Przewodow
eosdem Herborth quietat et liberos perpetuo facit sibi et
suis legittimis posteris pro premissis perpetuum silentium imponendo
super quod mendicum solutum est officio presenti

Herborth iuxta tranzu

dit super Herburtowa

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus castrensibus Pre-
misliensibus Generosus Albertus Herborth de Phulstin et
in Cliptie Zes filius Magnifici olim Joannis Herborth de eadem
Fulstin Castelli Belzen recedendi a iure suo quovis terrestri foro
quovis competenti et se huic iuris dicioni castrensi premisliensi
cum bonis ac successoribus suis in toto quo ad hunc actum effe-
ctumque presentis in toto incorporando sanus mentis et corpore existens
suo et Generosi Joannis Herborth de eadem Fulstin fratris sui germani nomine
pro cuius rata habitione cavet et se in omnibus bonis suis inscri-
bit et obligat palam libere presentem et per expressum recipit
Omnia de omni ac integro iure suo ac fratris sui Generosi Joannis Herborth
obligatorio ipsum et fratrem ipsius in villa Nowosiolki in terra
et dictu Belzen sitis spectantibus et concernentibus ac de inscriptione
bus certis terrestribus Belzen super summam trecentorum florenorum pecunie
spectantibus et servientibus a Generosis Petro et Gregorio Wissoglich
super summam prefatam in bonis supranominatis Nowosiolki in